



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

III. Quæ mulieres in domibus habitent clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

- L.I. De expositis quid obseruan-
dum.
L.II. De pueris conuersis, si ad ter-
renas nuptias transferint.
L.III. Si seruus furore actus se-
ipsum percussit.
L.IV. De eligendis episcopis, vena-
- L.V. Siquis secularium religionis
amore se ad sacerdotem contu-
lerit.
L.VI. Ut nihil metropolitani sibi
contra Synodi interdictum pre-
sumant.

C A N O N E S .

I.

Ordinari ad diaconatus ac sacerdotii officium
neophyti non debere.

II.

Distinctio. 12.
Assumi ali-
quem. Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in
coniugii vinculo constitutum, nisi fuerit præmissa
conuersio. III.

Si quis clericus a gradu diaconatus in solatio suo
mulierem, præter auiam, matrem, sororem, fi-
liam, neptem, vel conuersam secum vxorem, ha-
bere præsumperit, a communione alienus habe-
tur. Par quoque & mulierem, si se separare nolue-
rit, poena percellat.

IV.

Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus,
ad cellarii secretum intromittat puellam, vel inge-
nuam, vel ancillam.

V.

In epist. 5.
cap. 138. Episcopum sine metropolitano, vel epistola
metropolitani, vel tribus comprouincialibus, non
liceat ordinare: ita ut alii comprouinciales episto-
lis admoneantur, vt se suo responso consensisse si-
gnificant. Quod si inter partes aliqua nata fuerit
dubitatio, maiori numero metropolitanus in ele-
ctione consentiat.